



**Hildegard et ses saintes**  
Textes chantés / Song texts

<p><b>Quia ergo femina</b> mortem instruxit, clara virgo illam interemit, et ideo est summa benediction in feminea forma pre omni creatura, quia Deus factus est homo in dulcissima et beata virgine.</p>	<p>Alors que la mort fut instaurée par une femme, une vierge illustre l'assujettit ; c'est pourquoi la grâce extrême se trouve dans la forme féminine plutôt que dans toute autre créature. Car Dieu s'est fait humain dans une vierge gracieuse et bénie.</p>	<p>Because then, a woman prepared death, an illustrious virgin now subdues it; and thus the highest blessing is found in female form, rather than in any other creature. For God is made human in a lovely and blessed virgin.</p>
<p><b>Ave Maria,</b> o auctrix vite, reedificando salutem, que mortem conturbasti et serpentem contrivisti, ad quem se Eva erexit erecta cervice cum sufflatu superbie. Hunc conculcasti dum de celo Filium Dei genuisti: quem inspiravit Spiritus Dei.</p> <p>O dulcissima atque amantissima mater, salve, que natum tuum de celo missum mundo edidisti: quem inspiravit Spiritus Dei.</p>	<p>Je te salue, Marie, source de vie toi qui réinstauras la grâce, tu as ébranlé la mort et foulé au pied le serpent vers lequel Ève s'était haussée la tête haute, enflée de fierté. Tu piétinas ce serpent en donnant naissance au Fils du Dieu du ciel que l'Esprit de Dieu t'a insufflé.</p> <p>Ô mère adorable et tendre, je te salue, qui donnas au monde ton fils envoyé du ciel que l'Esprit de Dieu t'a insufflé.</p>	<p>Hail Mary, O source of life in rebuilding salvation, who have shaken death and trodden down the serpent to which Eve reached up, her neck high with the breath of pride. You have trampled down that serpent in giving birth to God's son from heaven, whom the spirit of God breathed into you.</p> <p>Hail, O dearest and most loving mother, who have given to the world, your son sent from heaven, whom the spirit of God breathed into you.</p>
<p><b>O tu illustrata</b> de divina claritate, clara Virgo Maria, verbo Dei infusa, unde venter tuus floruit de introitu Spiritus Dei, qui in te sufflavit et in te exsuxit quod Eva abstulit in abscisione puritatis, per contractam contagionem de suggestione diaboli.</p> <p>Tu mirabiliter abscondisti in te inmaculatam carnem per divinam racionem, cum Filius Dei in ventre tuo floruit, sancta divinitate eum educente contra carnis iura que construxit Eva, integritati copulatum in divinis visceribus.</p>	<p>Toi qui es éclairée par la lumière divine, Marie, Vierge de lumière, Dieu t'a infusé son Verbe et ton ventre a fleuri quand l'Esprit de Dieu y a pénétré; en toi il a soufflé et en toi il a aspiré ce qu'Ève avait confisqué en retranchant la pureté, déformée par la contagion de la suggestion du Diable.</p> <p>Merveilleusement, tu as caché en toi la chair immaculée selon la raison divine, lorsque le Fils de Dieu a fleuri dans ton ventre et que la sainteté de Dieu l'a tiré de ton sein contre les lois de la chair qu'Ève avait édifiées, lui qui était uni à l'intégrité dans de divines entrailles.</p>	<p>You who are lit by divine brightness, bright maiden Mary, infused by God's Word, so that your womb flowered at the Spirit of God's entry, who blew his breath into you and, being in you, sucked out what Eve seized in cutting away purity through the crippling contagion of the devil's suggestion.</p> <p>Miraculously you hid in yourself flesh made immaculate by divine reason when the Son of God flowered in your womb, holy divinity bringing him forth against those laws of flesh that Eve constructed, him who was bound to the whole in the lap of godhead.</p>

<p><b>Favus distillans</b>  <i>Ursula virgo fuit, que Agnum Dei amplecti desideravit.</i>  <i>Mel et lac sub lingua eius, quia pomiferum hortum et flores florum in turba virginum ad se collegit.</i></p> <p><i>Unde in nobilissima aurora gaude, filia Sion.</i>  <i>Quia pomiferum hortum ...</i></p> <p><i>Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto.</i>  <i>Quia pomiferum hortum ...</i></p>	<p>Un gâteau de miel fondant, telle fut la vierge Ursule, lorsqu'elle désira embrasser l'Agneau de Dieu. Du miel et du lait sous sa langue car elle a rassemblé autour d'elle une troupe de vierges, comme un jardin couvert de fruits, et la fleur des fleurs.</p> <p>Dès lors, dans la plus noble aurore, réjouis-toi, fille de Sion! Car elle a rassemblé...</p> <p>Gloire au Père et au Fils et au Saint-Esprit.  Car elle a rassemblé...</p>	<p>A honeycomb dripping honey was Virgin Ursula who longed to embrace the Lamb of God. Honey and milk were beneath her tongue. For she had gathered around her, in a host of virgins, a garden of apples and the flowers of all flowers.</p> <p>Therefore, O daughter of Zion, rejoice in that noblest dawn. For she had gathered...</p> <p>Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit. For she had gathered...</p>
<p><b>Aer enim volat</b>  <i>et cum omnibus creaturis officia sua exercet, et firmamentum eum sustinet, ac aer in viribus istius pascitur.</i></p> <p>Psalmus 148:  <i>Laudáte Dóminum de cælis: laudáte eum in excélsis.</i>  <i>Laudáte eum, omnes Angeli ejus: laudáte eum, omnes virtútes ejus.</i>  <i>Laudáte eum, sol et luna: laudáte eum, omnes stellæ et lumen.</i>  <i>Laudáte eum, cæli cælórum: et aquæ omnes, quæ super cælos sunt, laudent nomen Dómini.</i>  <i>Laudáte Dóminum de terra, dracónes, et omnes abýssi.</i>  <i>Ignis, grando, nix, glácies, spíritus procellárum: quæ faciunt verbum ejus:</i>  <i>Montes, et omnes colles: ligna fructífera, et omnes cedri.</i>  <i>Béstia, et univérsa pécora: serpéntes, et volúcris pennátæ: Júvenes, et vírgines, senes cum junióribus laudent nomen Dómini: quia exaltátum est nomen ejus solíus.</i>  <i>Conféssio ejus super cælum et terram: et exaltávit cornu pópuli sui.</i></p> <p><i>Glória Patri, et Filio, et Spíritui Sancto. Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen.</i></p>	<p>Car l'air vole, et remplit son office avec toutes les créatures, mais le firmament est son soutien et il se nourrit de ses forces.</p> <p>Psauve 148 :  Louez l'Éternel du haut des cieux!  Louez-le dans les lieux élevés!  Louez-le, vous tous ses anges!  Louez-le, vous toutes ses armées!  Louez-le, soleil et lune!  Louez-le, vous toutes, étoiles lumineuses!  Louez-le, cieux des cieux, et vous, eaux qui êtes au-dessus des cieux!  Louez l'Éternel du bas de la terre, monstres marins, et vous tous, abîmes, feu et grêle, neige et brouillards, vents impétueux, qui exécutez ses ordres, montagnes et toutes les collines, arbres fruitiers et tous les cèdres, animaux et tout le bétail, reptiles et oiseaux ailés, jeunes hommes et jeunes filles, vieillards et enfants!  Qu'ils louent le nom de l'Éternel!  Car son nom seul est élevé; Sa majesté est au-dessus de la terre et des cieux.</p> <p>Gloire au Père et au Fils et au Saint-Esprit. Comme il était au commencement, maintenant et toujours, pour les siècles des siècles. Amen.</p>	<p>For the air is in flight, and fulfills its office in all creatures, and the firmament sustains it, and the air feeds on that strength.</p> <p>Psalm 148:  Praise ye the Lord from the heavens: praise ye him in the high places.  Praise ye him, all his angels: praise ye him, all his hosts.  Praise ye him, O sun and moon: praise him, all ye stars and light.  Praise him, ye heavens of heavens: and let all the waters that are above the heavens  Praise the Lord from the earth, ye dragons, and all ye deeps:  Fire, hail, snow, ice, stormy winds which fulfill his word:  Mountains and all hills, fruitful trees and all cedars:  Beasts and all cattle: serpents and feathered fowls:  Young men and maidens: let the old with the younger, praise the name of the Lord: For his name alone is exalted.  The praise of him is above heaven and earth: and he hath exalted the horn of his people.</p> <p>Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit.  As it was in the beginning, is now, and ever shall be: world without end. Amen.</p>

<p><b>O Ecclesia,</b>  <i>oculi tui similes saphiro sunt, et aures tue monti Bethel, et nasus tuus est sicut mons mirre et thuris, et os tuum quasi sonus aquarum multarum.</i>  <i>In visione vere fidei Ursula Filium Dei amavit et virum cum hoc seculo reliquit et in solem aspexit atque pulcherrimum iuvenem vocavit, dicens:</i></p> <p><i>In multo desiderio desideravi ad te venire et in celestibus nuptiis tecum sedere, per alienam viam ad te currens, velut nubes que in purissimo aere currit similis saphiro.</i></p> <p><i>Et postquam Ursula sic dixerat, rumor iste per omnes populos exiit. Et dixerunt: Innocentia puellaris ignorantie nescit quid dicit.</i></p> <p><i>Et ceperunt ludere cum illa in magna symphonia, usque dum ignea sarcina super eam cecidit. Unde omnes cognoscebant quia contemptus mundi est sicut mons Bethel.</i></p> <p><i>Et cognoverunt etiam suavissimum odorem mirre et thuris, quoniam contemptus mundi super omnia ascendit.</i></p> <p><i>Tunc diabolus membra sua invasit, que nobilissimos mores in corporibus istis occiderunt.</i></p> <p><i>Et hoc in alta voce omnia elementa audierunt et ante thronum Dei dixerunt: Wach! rubicundus sanguis innocentis agni in desponsatione sua effusus est. Hoc audiant omnes celi et in summa symphonia laudent Agnum Dei, quia guttur serpentis antiqui in istis margaritis materie verbi Dei suffocatum est.</i></p>	<p>Ô Église,  tes yeux sont semblables au saphir, et tes oreilles, à la montagne de Béthel, ton nez est comme une montagne de myrrhe et d'encens, et ta bouche, comme le son d'eaux multiples.</p> <p>Dans la vision de la vraie foi, Ursule a aimé le Fils de Dieu, abandonné l'homme et le siècle, posé ses regards sur le soleil et appelé le plus beau des jeunes gens en disant :</p> <p>« Pleine de désir, j'ai désiré venir à toi et demeurer à tes côtés dans des noces célestes, accourant vers toi par une route étrangère, comme le nuage qui court dans l'air très pur, tel le saphir. »</p> <p>Quand Ursule eut ainsi parlé, cette nouvelle se répandit parmi les peuples, et ils dirent : « L'ignorance de la jeune fille, dans son innocence, ne sait pas ce qu'elle dit. »</p> <p>Et ils se mirent à la plaisanter en un grand concert, jusqu'à ce qu'une charge de feu tombe sur elle. Tous alors comprirent que le mépris du monde est comme la montagne de Béthel. Et ils connurent aussi la très suave odeur de la myrrhe et de l'encens, car le mépris du monde s'élève au-dessus de tout. Alors le Diable s'empara de ses suppôts et ils tuèrent, dans ces corps, les mœurs les plus nobles.</p> <p>Et tous les éléments entendirent ce cri déchirant, et, devant le trône de Dieu, ils dirent :</p> <p>« Ô douleur! Le sang vermeil de l'innocent Agneau a été versé le jour de ses noces. Que tous les cieux l'entendent à leur tour et que, dans une symphonie suprême, ils louent l'Agneau de Dieu! Car dans ces perles, faites du Verbe de Dieu, l'antique serpent a été pris à la gorge. »</p>	<p>O Church,  your eyes are sapphire-like, your ears are as the mountain of Bethel, your nose is as a mountain of myrrh and incense, and your mouth is as the roar of many waters.</p> <p>With the vision of true faith Ursula loved the son of God and left behind bridegroom and world alike and gazed into the Sun and cried out to the young and fairest one:</p> <p>“With great longing I have longed to come to you, to sit beside you at heaven’s wedding-feast, to race towards you by an unfamiliar way, as a cloud races in the purest air, sapphire-like.”</p> <p>When Ursula had spoken thus, it was noised abroad among all peoples, so that men said: “What simple, girlish ignorance! She does not know what she is saying!”</p> <p>And amid loud music they began to make fun of her, until the burden of fire fell upon her. Then all could see that setting the world at naught is like the mountain of Bethel. Then too they were aware of the most fragrant scent of myrrh and incense, for setting the world at naught transcends all perfumes. Then Satan rushed into his minions, and they destroyed those bodies in all their womanly grace.</p> <p>And all the elements heard the piercing sound, and before the throne of God they cried: “O woe! The red blood of the innocent Lamb is shed on her wedding-day! Let all the heavens hear it, and in consummate music praise the divine Lamb, for in these pearls of the substance of God’s Word the throat of the serpent of old lies strangled.”</p>
--	--	--

<p><b>O nobilissima viriditas,</b>  <i>que radicas in sole,  et que in candida serenitate lucet in  rota quam nulla terrena  excellencia comprehendit:  Tu circumdata es  amplexibus divinatorum misteriorum.</i></p> <p><i>Tu rubes ut aurora  et ardes ut solis flamma.  Tu circumdata es ...</i></p>	<p>Noble verdure,  qui pris racine dans le soleil  et qui rayonne d'un éclat sans taches  dans le cercle que n'inclut aucune  puissance d'ici-bas.  Tu es entourée, embrassée par  l'étreinte des mystères divins.</p> <p>Tu brilles rougeoyante, telle la lumière  du matin, ardente, comme le feu du  soleil. Tu es entourée ...</p>	<p>O noblest greenness,  who have your roots in the sun, and  who shine in bright serenity on the  wheel, whom no earthly excellence  contains:  You are held all around by the  embraces of the divine mysteries.</p> <p>You glow red like the dawn, and you  burn like the sun's fire.  You are held all around ...</p>
<p><b>O viridissima virga,</b>  <i>ave, que in ventoso flabro  sciscitationis sanctorum prodisti.</i></p> <p><i>Cum venit tempus quod tu floruisti  in ramis tuis, ave, ave fuit tibi,  quia calor solis in te sudavit sicut  odor balsami.</i></p> <p><i>Nam in te floruit pulcher flos qui  odorem dedit omnibus aromatibus  que arida erant.</i></p> <p><i>Et illa apparuerunt omnia in  viriditate plena.</i></p> <p><i>Unde celi dederunt rorem super  gramen et omnis terra leta facta  est, quoniam viscera ipsius  frumentum protulerunt et quoniam  volucres celi nidos in ipsa  habuerunt.</i></p> <p><i>Deinde facta est esca hominibus et  gaudium magnum epulantium.  Unde, o suavis Virgo,  in te non deficit ullum gaudium.</i></p> <p><i>Hec omnia Eva contempsit.  Nunc autem laus sit Altissimo.</i></p>	<p>Je te salue, jeune rameau  qui poussa dans la tourmente de la  quête des saints.</p> <p>Lorsque vint le temps de  l'épanouissement de tes rameaux,  maintes fois tu fus salué, parce qu'en  toi la chaleur du soleil exsudait  comme le parfum d'un baume.</p> <p>Car une belle fleur fleurissait en toi,  qui donna son parfum à toutes les  herbes qui étaient sèches,  et celles-ci poussèrent toutes  verdoyantes.</p> <p>Puis les cieux prodiguèrent la rosée  sur l'herbe et la terre entière devint  heureuse, puisque ses entrailles  produisaient de la semence et que les  oiseaux du ciel y firent leurs nids.</p> <p>Ainsi les hommes eurent de la  nourriture et grande fut la joie de ceux  qui mangèrent.  Depuis ce temps, ô douce Vierge,  aucune joie ne manque en toi.</p> <p>Tout cela, Ève le dédaigna.  Mais maintenant gloire soit au Très-  Haut.</p>	<p>Hail, O greenest branch,  who in the blowing gust of the  saints' quest have come forth.</p> <p>When the time came that you were  in bloom along your boughs, hail,  hail to you!  For the sun's heat sweated in you  like the fragrance of balsam.</p> <p>For a fair flower was flowering in  you, which gave its scent to all the  herbs that were dry.  And these then all appeared, full in  greenness.</p> <p>Then the heavens sent down dew  over the grass, and the whole earth  was made happy, for its womb  brought forth grain, and the birds of  heaven set their nests in it.</p> <p>So food was made for men and  women, and great was the joy of  those who ate. From this time forth,  O sweet virgin, no joy is lacking in  you.</p> <p>All these things Eve scorned.  But now praise be to the Highest.</p>
<p><b>Hodie aperuit</b>  <i>nobis clausa porta quod serpens in  muliere suffocavit,  unde lucet in aurora flos de Virgine  Maria.</i></p>	<p>Aujourd'hui une porte longtemps  fermée nous a montré ce que le  serpent engorgea dans la femme;  et elle brille radieuse dans l'aube,  la fleur de la Vierge Marie.</p>	<p>Today a door long shut has opened,  to show us that thing which the  serpent choked in the woman;  and so there shines brightly in the  dawn the flower of the Virgin Mary.</p>